



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

16. Februarii. Etiamsi nullo superaddito laus Deo par foret, ad majorem tamen Christi imitationem eligenda potiùs cum eo foret paupertas, contemptus, & insipientiæ titulus, quàm opes, honores, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Lucrum planè mirabile, compēdiosissi-
ma ditescendi via, non multùm appe-
tere. Unum si quærimus, omnia posside-
mus. Compendium singulare ! sed quod
non invenimus, nisi alia omnia perdamus.

Facilè est, divitem fieri, ipsi nobis pau-
pertatem imponimus, dum nostræ nobis
imponunt cupiditates; has si excutiamus
facilè paupertatem sustinebimus. Quàm
diu toleramus cupiditates, tam diu sumus
nobis intolerabiles.

Beata commutatio ; modicum, imò ni-
hilum dare, & infinitum accipere. Si au-
rum habeo, quid habeo, & quamdiu ? si
Deum possideo, quid non habeo, & hoc
quam diu ?

Insanus sit, qui guttam sitit ex lacuna,
cui mare immensum præstò est purissimæ
voluptatis. Cui difficilè accidat, si liquas
præ manna nauseare ?

16. Februarii.

Etiamsi nullo superaddito laus Deo par foret, ad majorem tamen Christi imitationem eligenda potius eum eo foret paupertas, contemptus, & insipientia titulus, quam opes, honores, & doctrina existimatio. S. Ignat. vitæ l. 3. c. 3.

Uc

UT magnus discendi stimulus est, nobilitas magistri, sic in hujus verba jurare ingenui officium est discipuli. Cujus tu doctrinam audis? mundi, an Christi?

Ut docti simus, doctissimorum sententiis adhæremus, ac oppositas mordicè refellimus. Cur minùs apud nos ponderetur Christus, quàm in naturalibus Aristoteles, Aquinas in Theologicis inveniat?

Quid profuit Epuloni affluentia? Herodi arrogantia? profuit autem plurimùm Lazaro paupertas, demissio publicani. Exitus acta probat.

Similitudo morum mater est amorum. hos à Christo peculiare non merebitur nisi ejus se moribus, & consiliis quàm proxime conformare studuerit. Amorem enim vel pares invenit, vel facit.

17. Februarii.

Quidquid in secreto loqueris, ita profer, ac si toti hominum communitati loquereris.
S. Ignat. apud Nolarci.

Infida hominum fides est, promittit non servat fidem, quantamcumque secreti custodiam juret, incuria prodet, tantoque faciliùs, quantò severiùs adstrinxeris ad silentium.